



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Legislator

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

Anonymus. Lacones olim, cum ad Lygdamum tyrannum essent legati, atque ille congressus sepius differret, dicens se molliter habere. Dic, inquit legati, per Deos non venisse nos cum illo colluctarios, sed collocuturos. *Plur.*

Hyperides. Legatus ab Atheniensibus ad Rhodios fuit. Eo cum adesset ab Antipatro legati, qui Antipatrum ut benignum celebrarent, occurrens eis: Noui (inquit) benignum esse verum nos ne benignum quidem quærimus dominum. *Plur.*

Gobrias. Darius rex ingressus in Scythiam, inopia laborabat. Scythæ autem legatos ad eum miserunt cum munibus: aue videlicet, mure, rana, & quinq; sagittis. Darius pro mure terram, pro rana aquas, pro aue equos, pro sagitta seiplos tradere interpretatus est Gobrias autem hoc dicere dona conieclabat: ô Perse! nisi vt aues auolens, aut vt mures subeatis terram, aut vt rang insiliatis in paludes, non remeabitis, his sagittis contacti. *Bruson. li. 3. ca. 30.*

Marcus Cato. Quum tres essent designati, qui legati proficere- rentur in Bythyniam: quorum vnus podagra generetur, altera caput haberet vulneribus confossum, tertius vix cordia laborare vide- retur: Cato ridens dixit, Pop. Rom. legationem nec pedes habere; nec caput, nec cor. *Plur.*

Megacles. Mellanæ, quæ in Sicilia est, is ciuis fortissimus Aga- thocli tyranno eam inuadere conati modis omnibus aduerfabatur. Ideo tyrannus Mellanæ oppugnare parauit, misiq; præcone, Megaclem ciuibis expofcebat. Megacles vtro se ad tradendum tyranno obtulit, si legatus mitteretur. Decernentibus hæc Mellenis accedens ille ad Agathoclem: Ego vero, inquit, & legatus ciuitatis nomine venio & mortuus. Sed ante de legatione audias: Consilio conuocato, addidit Megacles, Si ad excidendas Syraculas expeditio- nem Melleni iuceperint, vtrum pro Syraculis, an pro Mellenis orbem circa eum descripsit, inquit. Hic ergo stans delibera & re- sponde. Omnibus magnanimitate legati perculsis, cum Antiochus se ex Romanorum sententia acturus proficeretur, ita demum regem salutauit, amplexusq; est Populius. *Plur. in apoph.*

Que sunt corporibus eueniunt egrotationes, medicorum cura- stria & ope curantur. Animorum vero ferocitatem præcipue curant legumlatorum sententia. De legibus ac earum laudibus. *rat. 2. cont. Aristot.*

Vide sequentem Tit. Lex.

Lex.

DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Lex, Græce νόμος, u, o, & νόμος, h, o, legalis dicitur. Est autem lex, ratio summa iusta in natura, quæ iubet ea, quæ iustitia sunt, prohibetq; contraria. Eadem ratio cum est in membris minis confirmata & confecta, est lex. *Et Ca. 1. de leg. Lex est ratio hominum ingenis excogitata, nec situm aliquid populum aternum quiddam, quod vnuerfum mundum regeret imperare prohibendiq; sapientia, secund. Cicer. li. 2. de leg.*

Lex est recti præceptio, prauiq; depulsi. *secund. Ca. 12. de leg. 1. de deor.*

Lex, Hebr. *Dath*, i. laudatum, decretum, constitutum, edictum, verbo *Dath*, & *Darbat*. Hinc ratio ordinis, in quo res aguntur. Vocatur etiam lex *Torah*, i. ordo, dispositio, iniquitas à verbo explorari, ordinari, inquitur.

Lex est constitutio populi, in qua maiores natu simul cum pu- bibus aliquid sanxerunt. *Et habetur dist. 1. Lex.*

Lex est regula & mensura actuum agendorum vel omittendorum. *Ex B. Thom. prima Secundus q. 9. art. 1.*

Lex dicitur a ligando, quia obligat. Vel dicitur à legendo quia publice legatur secundum iudicium. *Ex Beat. Thom. ibid. Quædam Metamor. Nec verba narrantia fixa ac legentur, valde ligantur.*

Lex est dictamen rationis prædicæ. *Secund. B. Thom. in prima cuncta, q. 6. art. 1. A lex veniunt illex & exlex, qui sine legem legistor & legiser: qui legem tulit.*

Lex est commune præceptum, virorum prudentium, consensum delictorum, quæ sponte vel ignorantia contrahuntur, coercitionis munis Reipubl. i. p. n. s. *Papin. l. 1. de iust. 10.*

Lex est, cui omnes homines decet obedire, propter eam iustitia, & maxime quod omnis, lex est inuentio quidem & donum tuum, dogma autem hominum sapientum. Coercitio autem iustitiariorum, & inuoluntariorum peccatorum, ciuitatis communis, secundum quam omnes decet vivere, qui in ciuitate sunt. *Demosth. in Aristot. or. at. priore.*

Lex est omnium diuinarum & humanarum rerum regula. Op- tet autem eam etiam præstare & bonos & malos, & principum & ceterum esse: & secundum hoc regula est iustorum & iniustorum, de- rum, quæ natura ciuilia sunt, præceptrix quidem faciendorum, prohibitrice autem non faciendorum. *Chrysippus de legibus.*

Lex est regula, per quam omnia totius mundi negotia & statu- lia politica reguntur.

Lex est princeps, qui obedire debemus: est dux, quem con- gruit: est regula quam faciendis quibuscuq; applicare debet. *Aristot. 3. Politicorum.* Lex non est tantum donum Dei, sed et Deus, qui donum dedit, quia qui pareat legi, Deo pareat & obediat.

Lex est communis ciuitatis consensus, qui scriptis præcipit, quomodo vnumquodque agendum sit. *Aristot. de constit. lib. 2.*

Lex est ratio mensque sapientis ad iubendum & ad deterrendum idonea.

Lex orta est cum mente diuina: Quamobrem vera acq; p- ceptis, apta ad iubendum, & ad vetandum, ratio recta summa i- uis.

Lex est iustorum & iniustorum distinctio, ad illam antiquis- simam & rerum omnium principem expressa naturam, ad qua leges hominum dirigitur, quæ supplicio improbos afficiunt, defendunt, & tuentur bonos.

Lex est naturæ vis, mens ratioque prudentis, iuris acq; equitatis regula.

Legislator.

LOCI BIBLICI.

Legislator vnus, *1. Cor. 12. Legislatio, Rom. 9. 4. Legisperiti ob- iurgantur. Luc. 11. Nouit. 17. 15.*

SENTENTIA PHILOSOPHICA.

Est sapientis scriptoris legum videre quemadmodum ciuitas, ho- minumq; genus ac omnis reliqua societas, bene beateq; possit vi- uere. *1. de Republ. c. 2.*

Cum amicitia sit concordie similis, & hanc maxime sequuntur legumlatores: & seditionem quæ ci inimica sit omni ratione exter- minant. *Ethic. 1. 8. c. 1.*

Temere debet scriptor, legum, & scientiæ ciuilibis haud ignarus, quæ popularem coueruent, & quæ populi opus labefactent, quæ- que paucorum potestatem: quarum neutra nec stare nec permane- re potest sine locupletibus & multitudine. *1. 3. de Republ. c. 1.*

Legislatoris iudicium non de sanguis, nec de præsentibus, sed de vnuerfalibus, & de futuris est. Senator vero & iudex de præsentibus iam determinatisq; iudicant. *1. 1. Rhet. ad Theod. c. 1.*

Legum scriptor ne inter cines seditio oriri queat, diligentia sua prouidere debet. *1. 2. de Republ. c. 9.*

Ad legum rationem vtile maxime est, tum ex præteritis, quis Reipublicæ status conducat, perspicere: tum aliorum quoq; scire conditionem, & quæ quibus conueniant, non ignorare. *1. 1. Rhet. ad Theod. c. 4.*

Nos vni ciuilibis & scriptoris legum omnem curam & industriam in ciuitate constituenda positam videmus. *1. 3. de Rep. c. 1.*

SIMILITVDINES.

Philonis Iudas: Quemadmodum moderatus non occidit bestias nisi mordaces, stabili mortus periculum: Sic nullus legislator po- nam decernit contra iustos quiescentes, sed quoties mouentur & exercent iniusta opera. *1. de resp. sententia Noe. f. 182.*

Demosthenis: Quemadmodum reliqui iuris ciuitatis æqua pars inest quique: Sic quoq; legis æquam partem singulis tribuendam esse purauit, qui eam tulit: & propterea scripsit, non licere legem fa- cere de viro: nisi eadem ad omnes Athenienses pertineat. *In orat. cont. Aristot.*